Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Incedo enim modo tristis inuestitate. tunc autem stabo gaudens in nouitate;
5 Confitebor tibi in citharae ds ds meus; Quid est in citharae confiteri. & in psalterio confiteri. Non enim semp in citharae nec semp in psalterio; Quia haec organa musicorum habent inter se distinctam discretamq: rationem. digna considerationem & commendationem memoriae. utrumq: hoc manib: pulsatur & tangitur. & significat; Opera quaedam nostra corporalia. utrumq: bona
siquis norit psallere. siquis norit citharizare. sed quia psalterium illud organum dicitur. quod de superiore parte habet testudinem. illud scilicet & timpanum & concauum lignum ad cordem intrantes resonant; Citharae uero. id ipsum lignum cauum & sonorum ex inferiore parte habet; Discernendae sunt opera nostra. quando in psalterio sint. quando in citharae. utrumq: tamen placitado & suauia eius auditui; Quando ergo exceptis di aliquid agimus. iussis eius obtemperantes. & obaudientes ad implenda praecepta eius. ubi facimus spiramus psalterium est; faciunt enim tra & angeli; Non enim aliquid patiuntur;
Cum autem aliquid patimur tribulationem. temptationum. scandalorum in hac terra. quia non patimur. Nisi ex inferiore parte. id est ex eo quod mortales sumus. ex eo quod primae nostae causae quiddam tribulationem debemus. & quia patimur multa abeis quae non sunt de sup citharae est; Uenit enim sonus suauis. & in inferiore parte patimur. & psalmus uel potius cantamus uel citharizamus. quando dicebat apostolus euangelizare se. & pdicare euangelium toto orbe terrarum & pceptodi; qui ad lud euangelium se non abhominib: neq: phominem. sed p ihm xpm accipisse dicebat. De sup sonabant corde; Cum uero dicebat gloriamur in tribulationibus. scientes quia tribulatio. patientiam operatur; patientia probationem; probatio spem; Citharae sonabat ex inferiore quidem. sed tamen dulciter; Omnis enim patientia dulcis do;
siautem in ipsis tribulationib: defecerit citharae fregerit; Quare ergo modo dix confitebor tibi in citharae. propt illud quod dixerat. utquid tristis incedo dum ad fugit me inimicus; Patiebatur enim quidam ex inferiore ad flictione & in eo ipso tamen uolebat placere do; Gratias egestiebat agere do fortis in tribulationibus. & quia sine tribulatione esse non poterat. patientiam debebat; Confitebor tibi in citharae ds ds meus. Et rursus ad animam suam ex inferiore illo sonore ligno capiens sonum; Utquid tristis es anima mea & utquid conturbas me; In tribulationibus sum. in languoribus. in maeroribus. utquid me conturbas; O anima quis dicit. cui dicit anima. cui dicit omnes nouimus; Planum est enim. ad illam directus est sermo.

XXVI